



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opera S. Matris Teresae De Iesu Carmelitarum Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis

In duas partes distincta

Teresa <de Jesús>

Coloniae Agrippinae, Anno MDCXXVI [erschienen] M.DC.XXVII.

Cap. XXVI. Caruacensis fundatio traditur, in quam anno M.D.LXXVI.
Sacramentum Altaris primum illatum est. huic à glorioso S. Iosepho nomen
est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37974

CAPVT XXVI.

CARAVACENSIS COENOBII FVNDATIO DESCRIBITVR.

Ipsoprimo anni die Sanctissimum Altaris Sacramentum anno M.D.LXXVI. in id illatum est: nomen vero S. Iosephi ei inditum.

Interim dum Abulæ in S. Iosephi agerem, ad Veasensem, quæ in supra descripta est, fundationem perendam iam iam abitura, ad quidem, vt non nisi sarciculæ nobis conficiendæ essent, quibus ad necessaria imponerentur; venit ad me missus Carauaca hæc sola de causa nuntius, cum litteris domicellæ seu iudam cognomento Caruarinæ, his mihi illa significauit, tres honestas virgines, postquam quædam Patris è Societate Iesu concionem audissent, in domum suam subduxisse, nec ante ex ea egredi decreuisse, quàm illo in opido monasterium fundaretur. Id illas credo cum hac Dõmina sic tractasse, transegitse, hæc enim erat, quæ illas in hac fundacione perendam maxime iuuat. Erant hæc primarijs oppidi illius nobilibus progænatæ. Mater patrem habebat Rodericum de Moya, insignem Dei famulum, magnæque prudentiæ virum. Simul inter se tantum facultatum habebant, quantum ad simile opus inchoandum satis erat. Nouerant autem, quidnam in horum monasteriorum fundacionibus Dominus fecisset, etenim Patres Societatis Iesu, qui rei huic semper auxilio & subsidio quæ poterant, fuere, hæc eis declarauerant.

Ego autem, vt pium harum virginum desiderium & feruorem prospexi, quodq; à tam procul B. Virginis Ordinem conquirent, magnæ pietatis sensu erga illas mora fui, bonoque earum proposito succurrere constitui. cognito verò, locum non procul Veasio abesse, plures solito mecum Moniales illuc conduxi. Nam, quantum è litteris apparuerat, non dubitabam, quin facile inter nos conueniremus. Vnde locum, Veasensium fundacione constabilita, illuc me quamprimum conuertendi. Sed quoniã Dominus aliud facere decreuerat, omnia mea propostia & decreta parum iuuere: nam, quemadmodum iam antè in Hispaniæ fundacione dictum est, ipsa Concilij Commendatariõrum licentia, in tempore primum data est: atque ideo interim dum illa impetraretur (quamquam ipsa illuc me conferre planè decreueram) interuenire non potest. fatendum tamen est, me, dum Veasij de oppidi illius situ inquirere, intelligeremque illud satis remotum esse, & hinc illuc peruenientibus viam adeo difficilem esse, vt, qui Moniales visitari abbas Prælatos & Superiores magnam in proficiscendo molestiam habent.

Caruacensis monasterij occasio.

ope
w

oporteret (quod haud dubiè illis displiceret) non satis ad hanc fundationem inchoandam animo propendebam.

Quia tamen bonam Caruacensibus illis spem dederam, P. Iulianu de Auila & Antonium Gaitanum rogavi, illuc sese conferrent, visuri, quidnam rerum esset, & si ita illis videretur, cœpta dissoluerent. Hi Caruacem cum venissent, rē penè desperatā, & depositā compererūt, non quidē ex parte earū quæ futuræ erant Moniales, sed Dominæ Catharinæ, à qua tamen vna res omnis dependebat, quæque illas in quadam ædium suarū parte, tamquā si iā tum in claustro religioso agerent, ab alijs secretas, fouebat. Ipsa verò Religiosæ adeo in proposito suo constantes erant, ac præsertim duæ (ea inquam quæ de facto futuræ erant Moniales) vt P. Iulianum ab Auila & Antonium Gaitanū vsque adeo suas in partes pertraxerint, vt, priusquam hi inde recederent, fundationis tabulas & instrumenta confecerint; illisque confectis ad me redierint, Virgines illas planè contentas & gaudio delibutatas relinquentes. ipsis vero tum harum, tum soli & opidi bonitas mire placuerat, vt satis eam de prædicare & dilaudare non possent, vti nec in his difficultatem satis extollere.

Ego verò stipulationis tabulas vt vidi confectas, ipsam tamen commendatariorum facultatem æquo diutius differri, bonum Antonium Gaitanum (quod is mei causa, omnem difficultatem laboremque libenter suscipiebat, tum etiam, quod ipse & socius rē cordi haberent) deuo illuc, vt fundatio optatum ad exitum perducere & perficere posset mandavi: quocirca his solis isthæc adscribi & attribui fundatio debet: nam si hi illuc se non contulissent, & cum fundatoribus conuenerint, ego certe de meo parum huc contulisset. Dixi ergo, illuc abire, & orbam ac cancellos, illa in domo in qua adeunda esset possessio, & Moniales commoraturæ, vsque dum proprias & commodas ædes inuenirent, collocaret. Quapropter ea de causa ad plures dies illic habitum in Roderici de Moya (qui, vt iam dixi, harum puellarum vniuersi parer erat) cum ædium suarum partem hunc in vsu libenter nobis dedisset, omnia hæc ad aliquot dies accommodabat.

Cum vero iam facultas submissa, & ego in procinctu vt illuc abire iam essem, intellexi inter alias conditionem hanc additam esse, vt Commendatarijs domus subiecta esset, ipsisque Moniales obedientiam præstarent: in quam ipsa consentire proflus non poteram; quod Carmelitarum, & proinde B. Virginis Deiparæ is Ordo esset. Vnde de nono eam peti opus fuit. nam in hac, & Veasensi fundatione alter fieri ac transigi non potuit. Sed Rex noster, qui in præsens quidem est Philippus Secundus, hanc mihi gratiam præstitit, vt.

cum

cum ei scripſiſſem, mandari vt quæ peterem mihi concederentur, eò ſcilicet iſ gratificari & fauere geſſit Religioſis, ijs inquam, qui poſſeſſionis ſuæ regulam ſequuntur & exactè ſeruant: cognito namque ecquæ noſtra eſſet in hiſce monaſterijs viuendi ratio, primigeniamque in iſdem ſeruari regulam, in omnibus & vbiq; nobis ſe propium reddidit. Quapropter etiam atque etiam vos rogo, cariſſimæ, vt particulari ſemper modo pro eius Maieſtate fiat oratio, vt & modo capud nos fit.

Interim dum denuo ad Curiam pro impetranda facultate legum mittitur, ego, Patre Commiſſario (qui tum erat, vt & modo eſt, P. Hieronymus Gratianus de Matre Dei, ſicuti antea retulij) in bona Hiſpaliſ profecta ſum, vnde miſeræ illæ domicellæ vſque ad primam ſequentis anni diem incluſæ manſere: nam cum primum abululam ad me ſcripſere, menſis Februarius agebatur. Facultas quidem non diu dilata eſt, ſed, quòd ipſa procul diſtarem, & varijs oppreſſiſſem malis, illis ſuccurrere, pro tunc non poteram; quamquam ſonum illarum miſerarer, eo quòd ſæpe ad me ſcriberent, ſuamque orbitam identidem exponerent. Vnde neſas putauit, diutius eorum vota & expectationem fruſtari. Quòd autem illuc me abire videretur, impoſſibile, cum quòd locus adeò eſſet remotus, tum quòd fundatio in qua verſabar, nondum planè eſſet confecta; hinc P. Hieronymus Genonius Viſitator conſtituit, vt ſaltem Moniales, quæ fundacionis imponerent, illuc ſe, tamenſi ipſa non ad eſſem, quæ Malagonenſis in domino interim manſerant, ſeſe conferrent.

Ille procurauit vt Præpoſita eſſet, quam optimè munere ſuo ſteturam credebam (eſt namque multo me melior) quare omnire neceſſaria ſecum ſumpta, cum duobus Parrubus Diſcalceatis ex Ordine ſtro, ſe in viam dederunt; nam P. Iulianus de Auila & Antonius Gratianus iam abhinc diebus aliquot ad proprias ſedes reuertentur: quòd autem locus valdè diſſitus eſſet, & tempus ſatis importunum (ſcilicet delictet Decembris) illos euocare & congregari nolui. Caruaciam vſque pulere, magno totius populi plauſu, & ſummo & illarum virginum quæ adeo recluſæ fuerant, gaudio exceptæ fuere. Fundatū porro monaſterium, & Sanctiſſimum Altaris Sacramentum primo anni Milieſimi quingentefimi ſeptuageſimi ſexti die illatum eſt. Eodem ipſo die illarum Religioſum ſumpſere veſtem; tertia vero, quòd melancholica cum primis eſſet, & clauſuram pati vix poſſet (nedum tantæ vitæ aſteritatem & pænitentiam) cum quadam ſore ſua ad paruas ædes voluit reuerti.

Videte, cariſſimæ, Dei iudicia, quantumque ad ei ſeruendum

namque nos, quas, vsque dum professionem emitteremus, perseverare,
 que iugiter in domo Domini velut propriae Beatæ Virginis filia ma-
 gisterimus, concessit. Miram certè, Maiestatem eius voluntate & facul-
 tibus Virginis huius, ad foundationem monasterij huius, vti volu-
 it, & eo ipso tempore quo potitura esset eo quod tantopere deside-
 rat, robur & animum eam defecisse, & ab humore melancholico ip-
 sum se expugnari fuisse, cui omnem non raro, imperfectionum & mu-
 tionis nostræ culpam imputamus. Vtinam diuina Maiestas eius quam
 abundantissimè suam nobis donet gratiam, per hanc namque fiet, vt
 nihil nos impediatur, quo minùs semper in eius obsequio progrediamur:
 precetere, omnes quotquot sumus protegat & faueat, ne tam bonum
 illi huius principium nostra inertia ignauique intercidat, sicuti facere
 dignus est, vti ipsum à miserabilibus mulierculis, quales ipsæ sumus,
 omnium & ortum haberet. Quare nomine eius vos rogo, sorores & filie
 mee, hanc vt gratiam identidem ab eo esagiteris, & vnaquæque earum
 quæ post venturæ sunt, sibi persuadeat, in sese primigeniam & reforma-
 tam Ordinis B. Virginis regulam denuo incipere & restitescere, & nul-
 lacus in vllam mitigationem inducendam consentiat. Cogitate verò,
 eam minima quæque aditum & ianuam ad maxima pandere, & vo-
 bis nescientibus, & ne quidem nescientibus, mundum subingressurum.
 Memento, per paupertatem & labores perfectum ad exitum perdu-
 ctum esse id, quo vos iam quietè & pacificè fruimini; &, si rectè aduer-
 tatis, videbitis, potissimam harum domorum partem, non tam ab ho-
 mibus, ex parte, quam à potenti Dei manu fundatam & stabilitam
 esse: quod potro Maiestas illius ea promouere opera quæ ipsemet fa-
 ctum esse id, quo nos à parte nostra impedimento sumus. Vndenam enim, putatis
 mulierculam quamdam, qualis ipsa sum, vires & robur ad tam magna
 opera patranda habituram: vti potè quæ & ab alterius manu & potestate
 dependebam, ac ne vel obolum habebam, nec aliquem qui mihi vll-
 um subsidium adferret. nam frater ille meus, qui in Hispalensi funda-
 tione auxilio fuit, quique aliquid facultatum & animi, nec non bonam
 voluntatem & aliquatenus adiuuandum habebat, in India tum verfa-
 bor. Videte, carissima, dexteram Excelis: an ideo mihi honor attribu-
 tus, quod nobili essem stirpe edita? quibuscumque ex partibus rem in-
 specte voleris, illius id opus esse cõperietis. quare nefas est, nos ipsum
 vel in minimo immuere, esto id vitæ, honoris & quietis nostræ fiat
 cum compendio, idque eo magis, quod hæc omnia hic iunctim & si-
 mul habeamus. Vita namque est, ita viuere, vt mortem, vel vllos vitæ
 huius successus haudquaquã metuamus, sed eamdem, in omnibus animi
 tranquillitatem & gaudium præferre, qualem omnes quotquot estis iam
 habetis

*S. Mater
 honoratur ad
 regulam in se-
 grantem
 seruandam,*

*Vita vera
 Religiosa
 qua sit.*

S. Mariæ Opera.

LII

habetis



UNIVERSITÄTS-
 BIBLIOTHEK
 PADERBORN

habetis; nec non illam prosperitatem & affluentiam, qua nulla habere potest maior, qualis est paupertatem non exhorrescere, sed eam petere desiderare. Cui vero rei assimilem interiorum simul & exteriorum pacem, quam semper habetis; in vestra porro manu est, cum illa etiam vivere, quæ admodum mori vidimus illas, quas hæcenus hæc in monasterijs vidimus mori. Si enim à Deo semper petatis, ut hoc ipsum ulterius producat & adaugeat, nullamque in vobis ipsis fiduciam habeatis, suam ille misericordiam vobis non denegabit, dummodo semper in ipso spem & fiduciam collocetis, & generosas & animas vos præbeatis; etenim Maiestati illius, id quam gratissimum est. Nolite metuere, ut quidquam vobis desit, & numquam rei curam qua in Ordinem admitti postulante (dummodo illarum desiderata naturæ talenta vobis placeant) si forte illis necessitas ad hoc soluta desint, dummodo intentio illarum sit ut maiore hic cum perfectione Domino seruiant; neque etiam, si fortunæ bonis careant, si modo animæ & internis bonis sint instructæ; alia namque via in duplum vobis Dominus rependet id quod per hanc lucrari & comparare potestis.

Magnam ipsa rei huius habeo experientiam. novit quippe Maiestas eius, me, quantum recordor, nullam unquam ob rei huius desideratum in ordinem suscipere prætermisisse. Testari id poterunt patrum illarum, quæ solo Dei ipsius intuitu & causa admittæ sunt, uti vobis non ignoratis. Et certe in veritate asseuerare vobis possum, non tantum me gaudij in animo sentire solitam, dum opulentiam aliquam admitto, quæcumque illas quæ solo Dei amore suscipiuntur, magis locupletiores semper me timere faciebant; pauperum autem, quæ mihi & animum dilatabant, earumque admissio tanto me repletum gaudio, ut mihi præ mentis iubilo lacrymæ erumperent. & estis quam verissimum. si ergo cum domus aut emendat aut restaurata erant, Dominus tam fideliter nos iuuit, cur non facturus est idem, habentibus iam nobis ubi vivamus & habitemus? Mihi credere, illarum id vos facturas dispendium, per quod facturas vos putatis dispendium. Quando autem quæ admitti postulat, facultates habet & nullas tamen alias obligationes & debita, si fortè alijs eas relinquere velit qui fortasse ijs opus non habebunt; consultius sanè fuerit, vobis eas in elemosynam det: aliter enim si faciat, parui id in vos admissum signum esse sentio. semper vero illi quæ admitti postulat, proponenda de facultatibus quas habebit disponat & faciat id quod vobis ad maiorem Dei gloriam facere indicabunt. Malum namque fuerit, ob alium quam eum quem dixi finem & scopum, ab aliquo

*S. Mater
plures ad-
missa pau-
peres quam
divites.*

facultates pereremus. Plus longè namque lucratur pe-
 rone illa faciat quod Deo suo debet (maiore inquam cum per-
 ectione) quam per quodcumque facultatum secum ferre potest: cum
 non spectemus (nec ut aliud spectemus permittat Deus) quam ut
 faciat eius in omnibus, & per omnia, obsequium præstetur. Et
 quamquam ipsa inepta & miserabilis sum, tamen tum ad honorem &
 gratiam eius, tum verò ut gaudeatis, recogitantes quomodo hæc do-
 nos eius fundatæ sint, dico, numquam me illarum negotio (in hisce
 negotium fundationibus) nec in re qualibet, quæ harum occasione mihi
 quomodolibet occurreret (tamen etiam nullam omnino fundare po-
 tuissem, nisi ab hac intentione vel paululum deflectendo) quidquid fa-
 ctum fuisse, aut etiam fecisse, quod Dei voluntati vel minimùm repu-
 gare, aut cum ea vsquequaque non coincidere nõssem, secundum id
 quod Confessarij mei consulebant; qui, ex quo hæc ago, semper
 me maxime docti, & egregij Dei famuli fuere: & quantum quidem re-
 cordor, numquam mihi aliud in mentem venit, aliamue intentionem
 habui.

Foritan fallor, ac multa fortè commiserim quæ ignoro, itaq; in-
 ferre meæ erunt imperfectiones. Nouit hoc Dominus, qui veracissimus
 & equissimus est iudex; ac proinde plura de me ipsa nõ dico, quam scire
 de eo potui. Video adhuc euidentiissimè, hoc à me profectum non
 esse, sed ex eo quòd Deus opus hoc fieri volebat: quòd ergo suum id o-
 peraretur, idè mihi aderat, hancq; gratiam præstabat. Ideò namque id
 meo, carissimæ, ut noueritis, maiorem vestram erga eum obligatio-
 nem esse, & sciat, ex quæ hæctenus facta sunt, sine vilius iniuria, læsio-
 ne, ac præiudicio facta esse. Benedictus sic ille, qui omnia hæc fecit, &
 in meum qui nobis auxilio fuere, caritatem & benevolentiam excita-
 uit. Vitam verò Maiestas illius semper nos protegere, & simul gra-
 tiam dare, ne post tot fauores acceptos nos ingratas præbeamus, digne
 est. Amen.

Iam vidistis carissimæ, aliquas me difficultates & vexationes
 passam esse (quamquam credam eas quas scripsi minimas esse; sic
 enim singillarim eas & enucleatim dicendæ essent, infiniti ea res labo-
 riosæ & tardij essent) tum in vijs & itineribus, tum in aquis, niuibus, deuia-
 tione, & (quod maximum) quòd sæpè tam infirma fuerim valetudine,
 ut aliquando (nescio an non id iam antè retulerim, etenim id in prima
 promotionis die contigit, cum videlicet Malagone Veasium peteremus)
 hinc astituerem, & tot simul malis oppressa essem, ut viæ qua eundum e-
 rat longinquitatem considerans, meque ita constituram cernens, Patris
 vestri Elizabethæ lesabelem fugiētis, recordarer, ac dicerē: *Quomodo hoc perferro
 potero*

*S. Maria
 laborat in
 hisce funda-
 tionibus sus-
 cepti.*

S. There

Potero Dominum est, huc advertere. Et certè Maiestas eius, ita me debilem & infirmam videns, subito me à febre, nec non ab omnibus morbis, qui extremi erant, liberavit. Porro iam inde ex eo tempore quo id contigit vsque nunc, inde liberationem hanc ortam habuisse mihi persuasi, quòd quidam Sacerdos, insignis Dei famulus, illi esset ingressus: & forsitan id ideo factum: quidquid sit, ipsum factum malum, tum interius, tum exterius, repente & in momento me liberavit. Valetudine ergo confirmata, corporales labores æquanimiter perferebam. Porro in multorum ac variorum hominum condempnibus ferendis (quod certè in singulis penè urbibus occurrebat & non se erat) non parum mihi laboris subeundum erat. Adhæc, in filiabus & sororibus meis, cum de vno loco in alium proficiscendum erat, ferendis, satis magnam me crucem & molestiam (quòd eas singulis quodam amore complectar) sensisse vobis assevero: præsertim cum cogitabam, quòd eas amplius visura non essem, magnumque meum dolorem & lacrymas (quamvis ab aliarum rerum affectu & multum elongatæ sint) vicissim intuerer. Hanc verò illis Dominus gratiam dare noluit, forsitan ut sic ipsa maiorem patiendi materiam haberem, quòd illas vnicè diligam, tamen hunc illis amoris quantum poteram, conaret abscondere, ne eum ipsæ agnoscerent: etiam subinde eas obiurgabam & reprehendebam; tamen per hoc proficerem: etenim amor quo me hæc prosequuntur, vehementer est, & quantum permultis è rebus videre est; verus ac sincerus.

Intellexeritis adhæc, hæc fundationes non solum annuatim venerendissimo P. Nostrò Generali factas esse, verum etiam postea præcepto obedientiæ iubente & mandante. neque hoc solum, sed etiam, quoties noua aliqua sedes ac conuentus erigebatur, summam sese hac noua erectione lætari, mihi scribebat. Et sanè, maxima quæ laboribus omnibus meis sentiebam, recreatio & alleuiamentum meum, quòd illum ad eò re hac recte ac gaudere viderem: putabam me, que me, hanc illi recreationem & gaudendi materiam dando, quòd Domino obsequium præstare, quòd esset meus Superiorem propter hoc, eum quam maximè diligebam. Verum cum dictas fundationes perfecissem, à fundando aliquantisper cessatum est, vel quòd Dominus aliquam mihi requiem indulgere dignatus sit, vel quòd cæcitate mentis me male haberet, tot sedes, in quibus obsequium Domino præstaretur hinc inde fundari. At satis videre fuit, id per R. Patris nostri Generalis voluntatem non stetisse: is namque, cum per litteras rogassem, ac mihi nouorum conuentuum erectionem

*Qua sit
causa quod
à fundando
lignansis
cessaris.*

preciperet, in illa re se minimè mihi morem gesturum resciperat.
 erant tam multos is fundari cupiebat, quot in capite haberem ca-
 pillos.

Porro antequam Hispali reuerterer iam inde è Capitulo quodam
 Generali (in quo par & æquum videbatur vt approbaretur ac lauda-
 retur quod aliquod Ordini factum esset incrementum) ab eiusdem
 definitioribus mihi iniunctum est, non modò vt nullas posthac nouas
 egerem sedes, verùm etiam, ex omnibus iam erectis vnã mihi eli-
 gerem, in qua deinceps quietè viuerem, nec quacumque de causa il-
 line egredere. Quod certè velut carcer est, etenim nulla est Reli-
 giosa, quam Prouincialis ob res ad bonum Ordinis necessarias ex v-
 no loco ad alium (sive ex vno monasterio ad aliud) mittere non pos-
 sit. Id verò grauius mihi erat, quod Pater noster Generalis animo à
 me iam esset alieniore, esto valde sine causa & immeritò, sed maleuoli
 & suspicaces homines eum suas in partes pertraxerant, quibus ille
 credebat. Quod certè valde me angebat. Adhuc duo aduersum me
 testimonia, & quidem in magni momenti rebus, tunc producta &
 protulsa sunt. Vt verò misericordiam Domini videatis, carissimæ, il-
 liquè Maiestatem non derelinquere eum qui ex animo illi seruire
 desiderat, dico vobis, non modò nullum me inde dolorem, verùm et-
 iam summum & accidentale quoddam gaudium sensisse. Ad eò vt iam
 non mirer, Dauidem Regem ante arcam Domini euntem saltasse, ete-
 nim tunc quidem, ipsa aliud nihil pro magnitudine gaudij quod intra
 me sentiebam, facere voluissem: nam quomodo illud celarem ac tege-
 rem nesciebam. Cuius rei quænam sit causa, scire nequeo: nam in
 alijs grauioribus oblocutionibus & contradictionibus, in quibus
 aliquando sum versata, simile quid hæcenus non sensi: vna tamen ea-
 rum quæ de me sparsæ erant calumniarum, satis grauis & infamis e-
 rat. Ceterùm illa posthac nullibi fundandi inhibitiõ (nisi illæ Reu-
 erendiss. Patris Generalis indignatio accessisset & displicentia) maximã
 mihi afferrebat quietem, & tranquillitatis erat materia, ac res quã ipsa
 postea pò exoptauit, vitam scilicet meam posse in quiete finire: tametsi
 qui id ipsum procurabant, id minimè spectarent aut cogitarent, sed
 talem sese hac ratione mihi afflictionem dare arbitrarentur, qua nul-
 la posset dari maior: etsi fortasse aliqua alia bona intentione ad hoc fa-
 ciendum mouerentur.

Subinde quoque me recreabant maxima illæ oblocutiones &
 contradictiones quas in foundationibus illis consiciendis experiri sum,
 quarum aliæ quidem è bona intentione proficiscebantur, aliæ alia ex
 causa ortum habebant, at certè tale me villo è labore & afflictione

Veratur plu-
 ra erigere
 monasteria.

512

512

gaudium sensisse non memini, quale ex hoc quod iam antè paulò es-
tuli. Etenim fatear necesse est, vel vnam harum trium rerum, que
simul & iunctim me tunc impetiuerunt, alio tempore nimis quàm suffi-
cientem mihi afflictionis causam futuram fuisse. Credo equidem
gaudium meum inde præcipuè ortum habuisse, quod cogi putarem,
cùm creaturæ mihi tam malè rependerent, ipsi tamen creature iustitiam
facerem. Didiceram namque, eum, qui è rebus terrenis & hominum
laudibus gaudium ac satisfactionem querit, valde falli ac decipi, &
nihil dicam de exiguo qui inde sequitur fructu hoc quippe ipsius
& videtur hodie, cras illud, & de quo hodie bene loquuntur, postea
malè loquentur. Tu verò Domine & Deus meus, qui immutabilis
esto in æternum & in sæculum sæculi benedictus, quisquis tibi ad-
nem vsque fideliter seruit, sine fine in æternitate viuet.

*Fundatio-
ni scriben-
darium, in-
scriptum
reperendari
qua fuerit
ocasio.*

Incepi porro (vt dixi initio) hæc fundationes describere iussit
P. M. Ripaldij Societatis Iesu, qui tunc Salmantini Collegij Rectorem
agebat, & quo ipsa, cum in S. Iosephi monasterio in illa ciuitate etiam
agerem, Confessario utebar, anno scilicet millesimo quingentesimo
septuagesimo tertio. Iam tunc aliquas scripto commiseram, ac postea
ob ingruentes occupationes, à scribendo destitui. Vnde etiam in mo-
nasterio pergere non decreueram, tum quòd dicto Patri amplius non
confiterer (quia iam alio migrarat) tum quòd quidquid scripsi
& scripsi, magno mihi labore constat, tamen omnem, que in
que in eo subij laborem, vt bene impensum reputem, vt & quidquid
hactenus mihi ex obedientia iniunctum est.

Hoc quidem firmiter & plane apud me constitueram, ac P. Cas-
sianus Apostolicus (qui modo est P. M. F. Hieronymus Gratianus
de Matre Dei) mihi vt in iisdem pergerem & absoluerem, præcepit.
Ipsa verò ei aperiebam quàm parum adhuc haberem otij, nec onera
multa afferebam, quæ ad me ab hoc onere excusandam, præcipuè
quidem mihi (quòd ad eò immorigeratus) in mentem veniebat.
Imprimis vero causabar ingentem quæ inde mihi securura erat, de-
tigationem & lassitudinem. At ille nihilo secius mihi iniunxit, vt per-
latim, & quomodocumque possem in earum scriptione vique ob-
nem, progredere. vt & feci, parata & contenta, vt, quod
malè dictum scirent & intelligerent, ipsum eraderent. Ino-
san fieri potest, vt, quod mihi optimum videtur, ipsis videatur
simum.

Absolutum porro opus hoc est hodie, ipsa inquam Sancti Euge-
nij vigilia, decimo quarto Nouembris die, anno millesimo quingentesimo
septuagesimo septimo, in monasterio Toletano, à S. Iosepho

appellato, in quo modo, R.P. Commissarij Apostolici Magistri fratris Hieronymi Gratiani de Matre Dei, quem modo Discalceatorum & Discalceatarum primitivam Regulam sestantium Superiorem habemus, quoque etiam eorum qui Mitigatam sequuntur, per Baticam Visitator constitutus, iussu & præcepto habitationem habeo; ad honorem & gloriam Domini nostri Iesu Christi, qui regnat, & per omnia sæcula in æternam regnabit. Amen.

Ceterum ex amore Domini nostri Iesu Christi, sorores meas & Moniales, quæ hæc lecturæ sunt, rogo, ut me Maiestati illius commendent, quòd mei misereatur, & à penis purgatorij liberet, ac, si in ipsum detradi promerear, ad sui fruitionem & conspectum admittat. Cùm verò, quamdiu in vita futura sum, hoc opus visuræ non sitis, post mortem saltem is quem in eo scribendo cepi, labor & defatigatio, aliquid mihi lucrum adferat, nec non ingenium illud, quod in scribendo habui desiderium, ut aliquid dicere possim quod vobis consolationi sicuti modò ipsum legere permittamini.

Cùm in Abulensi Monasterio agerem pridie festi Pentecostes, ante eremitorium Nazarethi reclusa, ac singularem quamdam gratiam, quam illo iam ante viginti circiter annos die alias mihi Dominus præstiterat, animo voluerem, magnus quidam spiritus impetus & fervor me occupare cepit, qui & mentem à se alienavit. In magna hac recollectione, à Domino intellexi quod modò referam, ut scilicet eius nomine Patribus Discalceatis significarem; quatuor res observare ut procurarent, quas quamdiu observarent, tamdiu fore ut ipsorum Religio semper in melius cresceret, cùm verò negligenter, scirent à suo illam fundamento desciscere & retrocedere. Prima erat, ut omnes superiores concordēs & conformes inter se essent. Secunda, ut, quamvis de facto multos habituri essent conventus, in singulis tamen paucissimi essent fratres. Tertia, ut cum sæcularibus quam rarissime conversarentur idque non nisi ad animarum ipsorum bonum ac salutem. Quarta, magis operibus docerent, quam verbis. contigit hoc anno Millesimo, quingentesimo, septuagesimo nono: Et quia hoc certissima est veritas, hinc meo id nomine sub signo

TERESA DE IESU.

CAPIT